



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Georgi, l'Isle de Caffa ou Precopz.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Panticapes Fl. Nomades à Georgis diuidens Plinio, & Melæ, hodie *Conſcaoda* putat Ortelius, & hunc Hypanim dictum.

NVM. 2. Georgi, sic dicti quod terram ararent, à quibus & Taurica Chersonesus, Georgia dicta fuit, nisi malis ab agrorum culturâ per Græcos ita nuncupatam: l' Isle de Caffa ou Precopie.

T A V R I

vnde dicta Chersonesus Taurica, sic appellati, vel à Tauricis Montibus, ut Hermolaus, vel à Tauro quē hīc ad aratum religari docuit Ofiris, vt vult Volaterranus.

T A V R I C A
C H E R S O N E -
S V S
Appiano
P O N T I C A,
Stephano
S C Y T H I C A,
vnde incolæ Tauro-Scythæ dicti.

CHERSONESVS, & Heraclea Chersonesus libertate à Pop. Rom. donatum oppidum, antea Megarice dicta custoditis Græciæ moribus, & muro 5. Mil. passuum. Dicitur à Dianâ condita, celebratürque à Nymphæo Specu.

Taphra cuius incolæ Satorchæi, vel Satarchi, Ptolemæus Satarchen oppidum à Taphra distinguit: hodie *Przecop*, seu *Precops*, ad paludem iacet. Eupatorium, & Eupatoria à Diophante legato Mitratis conditum, malè quibusdam *Precops*. Ctenus Ctenuntis, vbi fuerunt salinæ, seu lacus marinus, de quo depugnarunt Bosporani Reguli, & Scythæ: hodie *Salines*.

Parthenium Prom. hodie *Rosaphar* Barbaris. Mons Berosus, seu collis Taurorum, de quo in Admirandis.

Isthmus, Straboni quadraginta stadiorum, quem alluebat ab Occidente Carcinites sinus, seu Tamyraces hodie *le Golphe de Negropoli*, ab Oriente palus Byces Bugem Fl. recipiens.

Mons Trapezus, cuius meminit Strabo, hodie *Læbia*.

Mons Cimmerius, vnde dictus Bosphorus Cimmerius, ait *Strabolib.* 7. qui & Mæoticus *Melæ*.

Cimmerium oppidum ad Bosphorum, antea Cerberium Plinio.

Symbolum portus angusto introitu, aliter dictus Portus Pactorum, hodie *Sibula*.